

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Gratitudo siue graciaram actio c cum uariis

Omnia peccata sic habenda sunt tanquam dimittantur a quibus Deus custodit ne committantur. Noli modicum diligere quasi a quo modicum dimissum est, sed potius multum dilige a quo tibi multum tributum est. Si enim diligit cui donatum est ne redderet, quanto magis debet diligere cui donatum est ut haberet. Nam et quisquis ab inicio pudicus permanet, ab illo regitur; et quisquis ab inpudico pudicus factus est, ab illo corrigitur; et quisquis usque in finem inpudicus est, ab illo deseritur. Hec autem ille occulto iudicio facere potest, iniquo non potest; et fortasse ideo latet ut plus timeatur et minus superbiatur.

Augustinus de sancta uirginitate.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

ne] nec V²; committantur] committatur P V¹ V²; haberet.] haberet? V² L¹ L²; et *om.* P V¹ V² L¹ L²; regitur] tegitur C; iniquo] in quo B; de sancta uirginitate] ad sanctam uirginem L¹ L²